



Antiqvae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

XVI. De Conversione Dvorum adolescentum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

libentissimè accepit, quamuis credere non auderet. **E**t quia certis diebus C^RVX portabatur, & sermones siebant, magis propter verbum quām propter forum turicola cōfluebant.

DE CONVERSIONE DVO- rum adolescentium.

XVI.

VO T IDIE autem fidei retia laxantibus, & ni-
hil eis capientibus, & multum super hoc tæ-
dientibus, tandem benignus Dominus seduli-
tatem boni serui sui OTTONIS, laborem quo-
que ac mœstiam miserando respexit. Nam duo pul-
cherrimi adolescentes filij cuiusdam nobilis de ciuitate,
domum Christianorum frequentare, & familiares se præ-
bere, paulatimque de Deo nostro, & de fide querere co-
perunt.

Episcopus autem sentiens quia in bono veniunt, futu-
rorum bonorum præsagium captādo ex his, blandis mul-
cet colloquijs atque de mundicia & honestate Christia-
niſmi, de immortalitate animarum, de resurrectione cor-
porum, de spe & gloria vitæ æternæ, adolescentibus per
singulos dies euangelizavit. Quæ omnia flante Spiritu
sancto pueri altius suis inbibere pectoribus neq; diu cun-
ctati credere se velle atque Baptismum percipere dixerūt.
Episcopus ergo lætissimus pueros statim catechizat, ac
de omnibus quæ Christianæ religioni competebant, di-
ligenter instructos, iussit, vt loti & lotis induiti, cum cereis
suis, & albis sese præberent baptizandos. Illi vt moniti
erant, silenter exequentes omnia, die statuto, parentibus
insejjs, loti & purificati noiusq; ac mundis vestibus induiti,
cum albis & cereis percepturi sanctū baptismā, se manibus

Episco-

Episcopi obtulerunt. Videres humano in corpore vultus angelicos. Videres expulsa Daemoniaci squaloris inertia in vultibus iuuenum Christum, nouum hominem gratiosa iam coruscare aspectu. Pontifex ipse omnesque alij sacerdotes & clerici gauisi sunt, & admirati super gratia quam videre in pueris. Sed quid multa? baptizati sunt, propter octauam purificationis, octo dies apud Episcopum commorantes, in domos parentum non sunt reversi.

DE ADVENTV MATRIS corundem.

MA T E R vero illorum (nam pater domo abeat) vbi quæ gesta sunt audiuit, pueris nōdum exalbatis, ultra quam dici queat, gaudio perfusa, cuidam de pueris suis, vade inquit, nuncia domino meo Episcopo, quia ipsum, & filios meos videre venio. Erat enim magnæ honestatis & potentiarum in ciuitate illa. Episcopus ergo audiens illam aduenire de subiecto exiens in graminis cespite sub diuo consedit, suosq; regeneratos adhuc in albis positos, circumsedentibus clericis, ad pedes suos collocavit. Sed vbi matrem eminus aduenientem conspicunt, modestè consurgentes, & Episcopo inclinantes, quod aduertere pulchrum fuit, quasi petita licentia obuiam ei vadunt. Quos illa intuitens albatos, magnitudine gaudij quasi amens & stupida, soluta in lachrymas subito in terram corruit. Accurrit Episcopus, accurrunt clerici, leuant, tenent, consolantur: putabant enim quod nimietate doloris defecisset, at illa recuperato flatu, benedico, inquit, te Domine Iesu Christe, totius spei & consolationis auctor, quod filios meos tuis Sacramentis imbutos, tuq; fidei veritate aspicio illistratos

XVII.

Ecc

stratos